



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium De Articulis Confessionis Fidei Anno M. D. XXX.  
Caesar. M. Augustæ exhibitis, quatenus scilicet à  
Catholicis admittendi sint aut reiiciendi**

**Hoffmeister, Johann**

**Coloniæ, 1559**

**VD16 ZV 17723**

De Ordine Ecclesiastico.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34289**

### ARTICVLVS XIII.

loco posita. At quum Episcopi quidāigno-  
rent quid sacramenti vox significet, quum  
ipsos pudeat sacramenta per se metipso  
conferre, quum omnia apud ipsos sint ve-  
nalia, quum Ecclesiā defraudēt quidam su-  
is sacramentalibus quę vocant, quę potest  
esse Sacramentis apud simpliciores reverē-  
tia? Iam quod ad Parochos & Ecclesia-  
stas attinet, vix centesimusquisq; de Sacra-  
mentis vllam facit mentionē in suis ad ple-  
bem concionibus, hic ex ignorantia, ille ex  
negligentia. De luxu qui in administrati-  
one sacramētorum sit, nihil diximus. Hæc  
repurgentur, & non erit vllus locus de Sa-  
cramentorum vel dignitate, vel numero  
conquerendi. Et hactenus quidem de  
Sacramentis iterum, quantum Do-  
minus, cuius illa sunt, profusa  
in nos benignitate be-  
nigniss. dedit.

### DE ORDINE EC- clesiastico Articu- lus XIII.

DE

## ARTICVLVS XIII.

**D**E ordine Ecclesiastico docet, quod nemo debeat in Ecclesia publicè docere, aut sacramenta administrare, nisi rite vocatus.

F. Ioan. Hoff.



VI nam illi sint, qui ordinē Ecclesiasticum turbarint & confuderint, adeoque ex integro perditū cupierint, notius est quām ut negari possit: nec defunt hodie, qui non rite vocati, nec canonice ingressi, concionentur nō Christi, sed suū Euangeliū, Textores, Calcearij, immō lenones & carnifices. Vnde prodierunt Anabaptistæ? Quis huic pesti occasionem sic tumultuādi dedit? Sed nō lim hanc camerinam mouere. Lutherus ex impura & sceleratissima quorundam Ecclesiasticorum vita sumpsit occasionem contemnendi Ordinem Ecclesiasticum: Et satis festiuē scilicet triumphauit derasis & vñctis illis miseris. Ex contempto ordine Ecclesiastico, se ingesserunt talij ad istinā, q̄ ad Sacerdotiū aptiores. At quoniā

## ARTICVLVS XIII.

recepimē examinaturū, quod iam proponit, non quod ante hæc tempora scriptrum esse cōstat ab aduersarijs, mitto iam hanc accusationem. Malis sacerdotibus, peiores successerunt laici. Articulus porrò hic  
14. placet, nec quicquam habet incommodi: nisi quis in quæstionem velit verte re, quid nam illud sit ritè vocatum esse, & penes quos sit ius vocandi apud aduersarios? Scimus Pauli mentem de vocatione & ordinatione Episcoporum, scimus etiā veteris Ecclesiæ usum: &, ita me Deus a met, summè necessariū est, ut hoc in negotio, nihil oscitáter agatur. Da bonos Pastores, & habebis oves meliores. Peccatū est quidem hac in re plurimum ab aduersarijs: at nihilo minùs peccatum est ab Episcopis nostris, & haec tenus grauiſſ. peccatur, dum numerantur potiūs ordinandi, quām exanimantur: & quantum quis nummorū habet, tātum etiam habet fauoris apud quodam. Quæ hic premo, prudens lector intel ligit. Nolim enim hic referre, quales Episco pos, Decanos, canonicos, pastores &c. nobis subinde intrudat potiūs quām ordinat Romana Curia, Regum item & principum aulæ, qui omnes (Iuxta iocū Cuiusdā) familiam

## ARTICVLVS XIII.

Iam suam satiant (si modo tales bestiæ sanari possent) muneribus sacris. Iam quoniā Apologia testatur aduersarios summa voluntate cupere conseruare politiam Ecclesiasticam, & gradus in Ecclesia factos, etiā humana authoritate, ipsosq; non ignorare bono & vtili Consilio à patribus Ecclesiasticam disciplinā hoc modo, ut veteres Canonnes describunt, constitutā esse: Hæc inquā, quum ita se habeant, hīc receptui Canere possumus. Pia Sinodus dispiciet, & vt arbitror, consultè hic aget, ne vel seuitiæ Episcoporum, vel temeritati Aduersariorum nullus locus pateat. Nos interim rogemus Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Currunt enim multi, quos nemo misit, & prædicant multi, quibus nō est locutus Dominus. Sed hac de re non nihil adjiciemus in sequentibus.

## DE RITIBVS ECCLE- siasticis Articulus de cimus quintus.

D E ritibus Ecclesiasticis docēt,  
quod ritus illi seruādi sint, qui

K 5      sine